
NAZ.
NUELE III
2

DECRETA
SYNODI TROPEENSIS

Edita per Illustriſs. & Reuerendiſs. D.

FR. D. AMBROSIVM
DE CORDOVA

S. T. P. Ex Præd Ord. Aſſumpt.

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
Epiſcopum Tropæeñ, ac Reg. Conſiliarium.

Anno Domini M DC XXXVI.





ROMAE, Ex Typographia Ludouici Grignani.
MDCXXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacr. Pal. Apost.

Io. Baptista Alterius Episc. Camer. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Lupus Mag. & Soc. Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.



FR. AMBROSIVS DE CORDOVA EPISC. TROPEEÑ.

VNIVERSO CLERO IN DIOECESANA Synodo congregato.

Salutem in Domino ſempiternam.



VAMPRIMVM ad huius Ciuitatis, & Diœceſis Præſulatum, Diuina fauente clementia aſſumpti ſumus, in id ſedulò intendimus, vt omnibus poſthabitis Paſtoris munia exequentes, quod in creditis nobis ouibus, iuxtà Ezechielem, perijt requiramus, quod abiectum reducamus, quod confractum alligemus, quod infirmum ſolidemus, & quod pingue eſt, & forte cuſtodiamus, memores Apoſtolici præcepti : Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam, quam acquiſiuit Dominus ſanguine ſuo : *Innuitquè Hieremias Epiſcopum ſuper gentes eſſe conſtitutum, vt euellat, & deſtruat, diſſipet, & diſperdat, ædificet, & plantet : Quare cum per duos ferè annos diligenter, prout humana fragilitas, Ciuitatem noſtram, & Diœceſim viſitationi intendentes, luſtrauerimus, multaquè animaduerſione digna, ad Cleri, Populiquè reformationem, & commodum, & diuini cultus incrementum inuenerimus*

expedire; antiquorum Sanctorum Patrum statutis inhærentes, ac Sac. Trid. Conc. de Diœcesanis Synodis habendis, præceptis obtemperantes; Diœcesanam hanc Synodum oportunis hisce temporibus cogendam duximus, prout Diuino fauente auxilio congregauimus, & certè nunc (Fratres optimi) tempus est acceptabile, cum multis atteramur flagellis, & in tot lapsus incidamus, vt nisi nobis à Domino dextera porrigatur, sentiamus pericula grauiora; Verissimum quidem est Petri nauem per Ecclesiam non posse demergi, insurgant licet venti, irruant flumina, quia IESVS imperat ventis, & facta est tranquillitas, non cadet vnquam Domus hæc firmiter ædificata, quia benè fundata est supra firmam Petram Christum: Attamen ò viri Euangelici, ò Sacerdotes mei, Spiritus Sancti gratiam inuocauimus, eam iteremus sæpius, atquè feruentius opem illius imploremus, vt animas nostras prius ab omni peccatorum labe custodiat, mores, actusq. nostros ita componat, vt proximis nostris, qui Ecclesiæ membra sunt, simus adiutorio, consilio, exemplo, & quæ in nostra sancta visitatione sancita sunt, & in præsenti Synodo statuentur, inuiolabiliter obseruare curemus, sic fiat, vt Christianus populus ea omnia, maxima cum animi alacritate suscepta veneretur, & seruet; simus Fratres in exequendis muneribus nostris, & Christi vinea excolenda, eius charitate, & vnitate concordes; sic legimus primæuæ Ecclesiæ fideles in vna pietate coniunctos, Multitudinis credentiũ erat cor vnum, & anima vna; meminerimus strictissimam exposcendam esse à nobis rationem, animam illius de manu tua requiram, audiemus Prophetæ, Redde rationem villicationis tuæ:

Qua-

Quare Consacerdotes mei in hac sacra Synodo congregati, agite vt Sancti, quos sanctos appellabo, quorum in medio Sanctorum Sanctus Christus adstat, vt in vobis impleatur, Deus stetit in consilio Sanctorum, addite scientiæ vestræ timorem Domini, sine quo vana est humana sapientia, Sidrac sententiam obseruate, quam magnus, qui inuenit sapientiam, sed non est super timentem Deum, hic omnem edocet scientiam, Initium sapientiæ timor Domini, peccatum tollit, timor Domini expellit peccatum, mentem lustrat, timentibus nomen tuum oriatur Sol iustitiæ.

Dirigamus igitur actus nostros, & cogitatus ad Deum, eiusquè cultum intendamus, nostram, ac populi reformationem omni studio, & pietate curemus, Diuinam misericordiam imploremus, vt in hac sacra Synodo nostrum instruat ingressum, & compleat egressum. In Christo Iesu Domino nostro. Amen.

PARS PRIMA.

DE FIDEI PROFESSIONE.



VM vna ſit Catholica Fides, eamquè ore profiteri teneamur; hanc profeſſionem emittent Beneficiati omnes, Canonici, Dignitates, Concionatores, puerorum Magiſtri, cęteriq; iuxtà Conſtitutionem Pij V. & Sac. Trid. Conc.

Qui verò huic Synodo non interfuerint, infra duos menſes in manibus noſtris, vel noſtri Generalis Vicarij, ſub pœnis priuationis fructuum illam emittere teneantur.

DE RELIQVIIS, ET VENERAT. *Sanctorum*,

SAnctorum Reliquiæ, vel Imagines publicè, & proceſsionaliter non deferantur, niſi authenticæ, & à nobis approbatæ, & de noſtra, vel noſtri Generalis Vicarij licentia. Repræſentationes verò Chriſti Domini, aut Sanctorum, neque in Hebdomada ſancta, vel alio quouis tempore, ſine noſtra licentia fieri prohibentur.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

NEmini liceat, dum ſacra, & diuina Officia celebrantur per Eccleſiam diſcurrere, nugari, aut irreuerenter ſe gerere, neque ad fores Eccleſiæ ludo

intendere; opercula fouearum aptè à patronis accomodentur, ita vt eas occludant, & per duos cubitus ab Altaribus diftent.

Claudantur omninò feneftræ cuiufcumque domus, per quas in Ecclefia introfpicitur. Noua monumenta fine noftra licentia non extruantur.

Altaria confecrata portatilia, tela cooperiantur, fintq. firma, vt minimè amoueri pofsint, neque Petra fit palmo vno minor.

In Sacriftia fit tabella, in qua notentur Mifsæ, Anniuerfaria, ad quæ tenentur Presbyteri, vnà cum nominibus eorum pro quibus veniunt celebranda.

TabellaClericorũ qui feruitiò Ecclefię adfcribũtur.

Tabella dierum Feftorum, & Vigiliarum.

Tranfumptum Cenfurarum, & Cafuum ab Epifcopo referuatorum, ac etiam Cafuum in Bulla Cœnæ Domini.

Conferuetur in Sacriftia liber, in quo propria manu fubfcribant Sacerdotes Mifsas, quas eo die celebrant.

DE FESTORVM CVLTV, & obferuat.

AB omni feruili opere abftinere præcipitur; neque liceat Officialibus quibufcumquè etiam fæcularibus realiter, vel perfonaliter contra aliquem pro ciuilibus exequi fub pœna excõmunicationis. Qui verò præter cafus à iure permiffos, & ex graui non vrgente necefsitate Feftos dies violauerit, trium rotulorum ceræ albæ pœna mulctetur.

FESTA SANCTORVM obseruanda.

IANVARIVS.

2 *Circumcisio Domini.*
6 *Epiphania Domini.*

FEBRVARIVS.

2 *Purificatio B. M. V.*
24 *Festum S. Matthiæ Ap.*

MARTIVS.

7 *Festum S. Thomæ Aquin.*
19 *Festum S. Ioseph.*
25 *Annunciatio B. M. V.*

APRILIS.

2 *Festũ S. Francisci de Paul.*
25 *Festum S. Marci Euang.*

MAIVS.

1 *Festum SS. Philippi, & Iacobi Apostolorum.*
3 *Inuentio Sanctæ Crucis.*

IVNIVS.

24 *Natiuitas S. Ioannis Bap.*
29 *Festum SS. Petri, & Pauli Apostolorum.*

IVLIVS.

6 *Festũ S. Dominicæ V. M. Patronæ Tropeæ Ciuit.*
25 *Festum S. Iacobi Apost.*
26 *Festum S. Annæ.*

AVGVSTVS.

4 *Festum S. Dominici.*
10 *Festũ S. Laurentij Mart.*
15 *Assumptio B. M. Virg.*
25 *Festũ S. Bartholomæi Ap.*

SEPTEMBER.

8 *Natiuitas B. M. Virg.*
19 *Festum S. Ianuarij, & Soc. Mart.*
21 *Festum S. Matthæi Ap.*
29 *Dedicatio S. Michaelis Archangeli.*

OCTOBER.

1 *Festum S. Angeli Custod.*
4 *Festum S. Francisci de Assisio.*
28 *Festum SS. Simeonis, & Iudæ Apostolorum.*

NOVEMBER.

1 *Festum Omnium Sanctorum.*
11 *Festum S. Martini.*
20 *Consecratio Ecclesiæ Cathedralis Tropiensis, in ipsa Ciuitate, & per Diœcesim.*

30 *Festum S. Andreæ Apost.*

DECEMBER.

8 *Conceptio B. M. Virg.*
21 *Festum S. Thomæ Apost.*
25 *Natiuitas Domimi Nostri Iesu Christi.*
26 *Festum S. Stephani Prot.*
27 *Festum S. Ioannis Apost. & Euangelistæ.*
28 *Festum SS. Innocentium.*
31 *Festum S. Siluestri.*

FESTA MOBILIA.

Feria V. maioris Hebdom.
Pascha Resurrectionis cum duobus sequentib.
Ascensio Domini nostri.
Pentecostes cum duobus sequentib.
Festum Sanctissimi Corporis Christi.

VIGILIÆ cum Ieiunio.

Vigilia Natiuitatis Domini.
Vigilia Pentecostes.
Vigilia Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.
Vigilia Assumptionis B. M. V.
Vigilia SS. singulorum Apostolorum, exceptis SS. Ioannis Euangelistæ, & Philippi, & Iacobi Apostolorum.
Vigilia S. Laurentij Mart.
Vigilia Festi Omniũ Sanctorũ.

VIGILIÆ ex deuotione.

Vigilia Epiphaniæ Domini.
Vigilia Ascensionis Domini.
Vigilia Festi Sanctissimi Corporis Christi.
Vigilia Natiuitatis B. M. V.

DE IEIVNIORVM OBSERVATIONE.

Sine nostra, vel nostri Generalis Vicarij in Ciuitate Tropeensi. In Diœcesi verò Vicariorum Foraneorum, vel Curatorum licentia, habita prius Medici approbatione in scriptis, diebus Quadragesimę vetitos cibos non comedant, quorum conscientias in diem Christi grauamus.

Ma-

Macellarij verò, & Caupones ijſdem temporibus cibos vetitos ſine licentia in ſcriptis obtenta, tenere, vel vendere non audeant ſub pœnis arbitrio.

DE SACRAMENTIS.

DE BAPTISMO.

BAptiſmus ſemper in proprijs Parochijs miniſtretur, niſi aliter vrgens neceſsitas expoſcat, quo caſu ſi infans ſuperuixerit, ad Eccleſiam deferatur, vt cæteræ ceremoniæ adhibeantur.

Doceāt Parochi cognationē ſpiritualem, quā cōtrahunt baptizās, pater, & mater baptizati, & quæ matrimoniū contrahendū impediat, & contractū dirimat.

Vnus ſit Compater, ſiue maſculus, ſiue fæmina, vel ad ſummum vnus, & vna, librum teneant Parochi, in quo ſcribantur baptizati, parentes, & compatres. Moneant Curati circa infantium nomina imponenda, nullo pacto nomina Paganorum, Gentiliumuè infantibus imponant, ſed Sanctorum.

Accedentes, ad ſuſcipiendum, vel tenendum ad fontem in Baptiſmate, vel Confirmatione infantes fictè, abſque ſuſcipiendi, vel tenendi intentione, pœnā excōmunicationis latæ ſententiæ nobis reſeruatā incurrant.

DE CONFIRMATIONE.

MInoribus ſeptennio Confirmationis Sacramentum non conferatur, & ſciant Pater noſter, Aue Maria, & Credo, quod fide Parochi à nobis deputandæ perſonæ comprobetur.

DE

IN Confeſsionali ſit feneſtella, in qua cratis ſit ferrea perforata, & in loco Eccleſiæ publico permaneat. Confeſſarijs pœnitentem in conſpectu, ſeù facie ad faciem auſcultare, ſub pęnà priuationis à Confeſsione prohibemus; quoad mulieres. In priuatis domibus cōfeſsiones non audiantur, niſi pro ægrotantium neceſſitate, neque in Eccleſijs Monialiū ſine noſtra expreſſa licentia in ſcriptis, Parochi Sanctiſsimū Euchariſtiæ Sacramentum tempore Paſchatis nulli præbeant, niſi habita à Confeſſario in ſcriptis fide, fuiſſe confeſſum, & abſolutum, quam conſeruare teneantur.

Medicos admoneant, vt quamprimùm infirmos viſitauerint, ægris ſeuerè imponant, vt ſua peccata ſtatim confiteantur.

In Confeſsionarijs ſint ſemper affixæ Cenſuræ, & Caſus reſeruati.

Notam nobis deferant Curati omnium, & ſingulorum ſuæ Parochiæ, qui vſque ad Octauam Paſchæ confeſsi non fuerint, ac ſacra Communione refecti.

Nouerint Cōfeſſarij tàm Regulares, quàm ſæculares ſe prætextu cuiuſcumque priuilegij non poſſe à reſeruatis Epiſcopo abſoluere, ſub pœnis in Apoſtolicis literis contentis, & memoriæ mandent ea, quæ à fel. record. Gregorio XV. contra ſollicitantes, quorum tenor, &c.

S. D. N.

S. D. N. GREGORII XV.

Contra sollicitantes in Confessionibus.

Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei mem.

VNiuersi Dominici gregis curam, quamquam immeriti cælesti dispositione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conseruetur immunis, multoq. maiori studio prouidere, vt omnis pestis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta nos admonēt sale infatuato non sit, in quo saliatur, & ad nihilum possit vltrà, nisi, vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quibusdam in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandum scelus, quod non solùm inter Christi fideles nō esse, sed nec ēt nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas Confessiones deputatus, sacrosancto Pænitentiæ Sacramento, sollicitando pęnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenū, pro pane aspidem porrigat, & ex cælesti medico, infernalis veneficus, ex patre spirituali, proditor execrabilis animarum reddatur. Idcircò nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sunt, vt nullibi desiderētur, quantum ex alto conceditur prouidendum duximus. Alias siquidem à fęl.record. Pio Papa IV. Venerab. Fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regnis Hispaniarum Hæreticæ prauitatis Inquisitori generali. Cum sicut nuper non sine animi

nostri

nostri molestia accepimus diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confessionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Deo Domino, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt Confessiones alliciendo, & prouocando, seù allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offensam, & animarũ perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod, qui de fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant; fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atquè doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seù alios à te deputandum, seù deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœcesum, de præmissis quemlibet diffamatos tàm sæculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apost. immediatè subiectorũ Ordinũ, Regulares cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & praeminentiæ existant, tàm super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxtà facultatum tibi contra Hæreticos, aut de hæresi quouis

modo

modo suspectos à Sede Apostolica concessarum, continentiam, & tenorem procedas; ac culpabiles repertos, iuxtà excessuum suorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, etiam si, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationib. Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiã Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, & motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores, præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumquè. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1561. Pontificatus nostri Anno secundo.

Igitur vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, vbique locorum inuiolabiliter obseruentur motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum præinsertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq; omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasq; non solùm in Regnis Hispaniarum, sed in quibusuis Christiani orbis partibus

tibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus, & propterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eos procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & singuli Sacerdotes, tàm sæculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum, Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cuiuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis Confessionis, siue ante, vel post immediatè, seù occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non sequuta, siue extra occasionem Confessionis, in Confessionario, aut in loco quocumque, vbi Confessiones sacramentales audiantur, seù ad Confessionem audiendam electo, simulante ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint: in Officio sanctæ Inquisitionis seuerissimè, vt infra. puniãtur. Et prætereà omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorũ Ordinarios omniũ Regnorũ, Prouinciarũ, Ciuitatum, Dominiorum, & locorũ vniuersi Orbis Christiani, in suis quemquè Diœcesibus, & Territorijs per has nostras literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios specialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, iuxtà Sac. Canon. formam, nec non officij Inquisitionis huiusmodi Constitutiones, Priuilegia, Consuetudines, & Decreta diligenter inquirant,

& pro-

& procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs suspensionis ab executione Ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorūcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuæ, si Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasq; pœnas decernant, eos quoquè si pro delicti enormitate grauiores pęnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ sæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultates Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus ne delictum tàm enorme, & Ecclesiæ Dei tàm perniciosum remaneat ob probationum defectum, impunitum, cùm difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curiæ sæculari, vt præfertur reum tradendum esse pronunciandi. Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cęterisq; contrarijs quibuscumque. Mandantes omnibus Confeßarijs, vt suos pęnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs vt supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi, sollicitantes, seù, vt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seù locorum Ordinarijs prædictis, quod si hoc officium prætermiserint, vel pęnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seù tractantes, vt supra ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant; Volumus autē, vt præsentium transumptis, etiam impreßis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo

ali-

alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ monitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodquè eędem præsentes literæ, seù illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateraneñ, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixę omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuißent. Datum Romę apud S. Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri Annò secundo.

S. Cardinalis Sanctæ Susannæ.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo, sexcentesimo, vigesimosecundo. Indictione 5. Die verò prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctißimi in Christo Patris Domini nostri Gregorij Diuina prouidentia Papæ XV. Anno secundo.

CASVS RESERVATI, QVIBVS EST *annexa Excommunicatio.*

1 Blasphemantes Deum, B. Virginem, & Sanctos ex praua consuetudine, & coram alijs supra quatuor.

2 Sponsi, si antequam in facie Ecclesiæ coram testibus matrimonium sit celebratum, coierint.

3 Homicidium voluntarium, & illud procurantes, & consilium præstantes sequuto effectu.

4 Concubinarij publici.
5 Colloquentes cum Monialibus, conſanguineis exceptis in primo, & ſecundo gradu.
6 Arma prohibita portantes ſi ſint Clerici.
7 Sortilegium, & Euchariſtiæ Sacramento, Chriſmate, Oleo ſancto, vel alijs Sacramentalibus ſuperſtitiosè abutentes.
8 Tenentes, vel leuantes infantes ad fontem in Baptiſmate, & Confirmatione abſque intentione affinitatem contrahendi.

CASVS RESERVATI, QVIBVS non eſt annexa Excommunicatio.

1 SOdomitæ, vel cum brutis coëuntes.
2 Inceſtuoſi in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, & affinitatis, & cognationis ſpiritualis, ita, vt in hoc etiam præcedentibus caſibus maſculi tantum comprehendantur.
3 Falſum in Iudicio deponentes tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, tàm pro, quàm contra Fiſcum.
4 Falſificatio Inſtrumentorum, & quarumcumque ſcripturarum in præiudicium tertij, ac earumdem vſus in Iudicio ſcienter.
5 Propinantes venena ad hominum perniciem, ac etiam tribuentes, & eorum auctores, & factores ad hunc finem, etiam non ſequuto effectu.
6 Procurantes abortum ſi fœtus ſit animatus, etiam non ſequuto effectu.

7 De-

7 Decimas non ſoluentes, vel Eccleſiæ debita in prę-
iudicium tertij, niſi forte vera, & realis impotentia reddat excuſabiles arbitrio Ordinarij, vel Curati.

8 Contractus vſurarij.

DE SANCTISS. EVCHARISTIAE *Sacramento.*

AVguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum decentiſſimo, & muniſſimo loco in argentea Pixide conſeruandum, mundiſſimo, & tutiſſimo loco, tutiſſimè obſerato, ſingulis hebdomadibus renouandum procurabunt Curati; ſemper ante ipſum lampade accenſa. Cum verò miniſtrari contigerit, per Sacerdotes in Altaris medio, ſuperpelliceis induros, miniſtretur.

In Octaua, & per ipſam eiuſdem feſti conueniant omnes Canonici, Dignitates, Manſionarij, & Clerici Diuinis officijs aſſiſtentes ſint, & Proceſſionibus, quibus Sanctiſs. D. Vrbanus IV. Indulgen. indulſit.

Cum ad infirmos deferendũ eſt ea qua decet reuerentia, cum luminarium ſufficientiũ numero, non adorandum tamen, ſed ſumendum fidelibus deferatur.

Sacerdotes, ſiue Curati, dum infirmos ſacra Communione reficiunt, eos interrogent vbi corpus ſuum ſepeliendum elegerint; Moneantq; ad ſacram Vnctionem depoſcendam ſub pœna ſuſpenſionis.

DE SACRIFICIO MISSAE.

NVllus ad tremendum Missæ sacrificium celebrandum accedat, nisi prius per Pœnitentiæ Sacramentum, conscientia purgata, neque sacerdotalibus vestibus indutus peccata confiteatur.

Arceantur Anuli, & Pileoli dum celebratur sub pœna suspensionis, & Anulorum amissionis.

Omnesque è Sacristia, vel alio loco in Sacristiæ defectu, sacerdotalibus vestibus induti, celebraturi ad Altare procedant, neque cuiquam liceat in Altaribus superindui, iuxtà præscriptum à Sac. Rit. Congr.

In singulis nostræ Diœcesis Terris, in maiori tamen Ecclesia Dominicis, & festis diebus Missa decantetur, vbi tamen est Presbyterorum, & Clericorum numerus supra quatuor, sub pœna trium rotulorum ceræ albæ pro singulis.

Non recipiantur Missarum onera perpetua iuxtà dispositionem Decreti Sac. Congregationis inconsulto Episcopo.

Non admittantur exteri ad Missarum celebrationem, nisi prius ostensa sui Ordinarij licentia, quam Sacristis, & Vicarijs Foraneis exhibere teneantur.

Criminosi Sacerdotes, vel in nostra Curia inquisiti, inquisitione pendente sine nostra licentia nõ celebrẽt.

DE EXTREMA VNCTIONE.

DOceant Parochi mirabiles effectus huius Sacramenti, quod & gratiam confert, reliquias pecca-

catorum tollit, & robur ad Diabolo resistendum infirmis tribuit; caueantq; ne in eadem infirmitate pluries sacram Vnctionem illis tribuant: stuppam, & bombicem qua loca inũcta sunt abstersa ad Ecclesiam reportent, vbi comburantur, cineresq; in sacrarium conijciantur.

Ante verò huius Sacramenti collationem, ab omnibus censuris infirmum absoluant; Dum autem ad infirmos accedunt, decenter, & reuerenter cum stola, & superpelliceo, Crucem manibus Clerico gestante duobus luminaribus accensis deferatur.

In die verò Parasceues ad Oleum sanctum deferendum à Cathedrali ad cęteras Parochiales Ecclesias, à Clericis tantum in sacris constitutis deportetur, debita, qua par est reuerentia, sub pœna sex rotulorum ceræ albæ laboratæ.

Districtè Curatis omnibus earum conscientiam in diem Domini aggrauantes præcipimus, vt quamprimùm cognouerint aliquos ex suis Parochijs in extremis laborare, statim illis sanctum Extremæ Vnctionis Sacramentum conferant, eisq; agonizantibus semper assistant, suum præstent auxilium, ne humanæ naturæ infestissimus hostis, qui calcaneo insidiatur in eos præualeat; si verò aliqua vrgẽtissima necessitate abesse contigerit, adiutorem aliquem Sacerdotem sæcularem, vel regularem adhibeant, in ægri domo assistentem relinquãt, sub pœna suspensionis, alijsque pęnis nostro arbitrio irremissibiliter infligendis.

NVllus prima tonſura ſciat initiari, poſſe, niſi per annum Congregationi à Nobis erectæ interueniat, & ſacram Communionem bis, ſaltem in menſe ſumat, præter ea, ad quæ Sac. Trid. Conc. & Sacr. Congregat. Decreta ſancita ſunt. Idem per Diœceſim obſeruetur; fidemq; de his à Curatis exhibeant.

Inoleuit praua conſuetudo in maximum Communitatum detrimentum, vt ſub coloratis, fictisq; donationibus Clericis faciendis, à ſolutionibus debitis bona reddantur immunia; vt fraudes omnes tollantur, volumus, & mandamus, quod de cętero donationes omnes Clericis faciendæ, ab ijs in noſtra Epiſcopali Curia recipiantur, & examinentur veræne, reales, an fictæ illæ ſint, ibique, vt occaſionibus emergentibus legitimè illis vti poſſint conſeruentur, ſub pęna ducatorum quinquaginta.

Promoti ad titulum patrimonij, etiam ſi beneficium obtinuerint, nullo pacto eis liceat ſibi traditum patrimonium vendere, vel alienare, aut pignorare ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pęna ducatorum vigintiquinque.

Promouendi ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi beneficium ſufficiens non habuerint, patrimonium habeant ad minus annuorum ducatorum vigintiquinque ab omni prorſus onere exemptum, omniq. fraude abolita, verum ſit, atque reale.

DE

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

MAtrimonium nullo pacto domi, ſed in Eccleſia à Parochis celebretur, præmiſsis debitis denunciationibus, quæ ſi poſt duos menſes expirauerint, denuò fieri mandatur.

Impedimenta ſi quæ fuerint vera, vel opinata, ad nos tranſmittantur.

In celebratione Miſſarum ęxterorum, nullo pacto executioni mandentur, niſi prius proprij Ordinarij fide authentica ad nos tranſmiſſa; & per noſtram Curiam approbata fuerit, & decreto expedita.

Nec liceat Sponſos antequam in facie Eccleſiæ coram duobus, vel tribus teſtibus contraxerint, Sponſarum domos, ſiue aliarum, vbi Sponſa fuerit, adire, ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pęna librarum triginta ceræ albæ, & in ſubſidium excommunicationis.

Qui verò auſi fuerint conſummare, pęnam ſciant excommunicationis latæ ſententiæ incurriſſe, quam præſenti decreto ferimus, necnon libr. ſexaginta ceræ albæ.

Monemus autem Sponſos, prout hortatur Sacr. Trid. Conc. ſeſſ. 24. cap. I. de reform. Matr. ne ante Eccleſiæ benedictionem, quæ debet fieri à Parocho in Miſſæ celebratione, in eadem domo cohabitent, diuini iudicij memores; ſiqui Eccleſiaſticas haſce cæremonias contemnunt, prole priuantur, vel partus defectibiles emittunt.

PARS

PARS SECVNDA.

DE VITA, ET HONESTATE Clericorum.

CLerici prima tonſura initiati, & in minoribus conſtituti ſemel in menſe, prima, vel tertia Dominica ſacram Communionem, in ſacris verò conſtituti ſemel in hebdomada ſumere teneantur. Habeantq; in Diœc. Parochi, in noſtra verò Cathedrali Sacriſtæ eius rei curam noſtræ verò huius Conſtitutionis inobedientes ad maiora non aſcendent, & noſtro arbitrio punientur.

Accedere debebunt omnes, tàm in minoribus, quàm in ſacris conſtituti, qui ſcholas Grāmaticæ non frequentant, ad lectionem caſuum, quæ in Cathedrali habetur, eorumquè collationes, quæ ſtatuto die diſcutientur; in Diœc. verò ad collationes à nobis aſsignandas ſub pęna carolenorum trium; qui verò adire contempſerint, ad Confeſsiones audiendas, & animarum curam non admittentur. Regulares verò ad prædictam lectionem, & collationes non accedentes, ſi per tres vices neglexerint, ab audiendis Confeſsionibus ſuſpendantur.

Eccleſiaſtici omnes talari veſte, atque ea nigri coloris vtantur. Manicas, & Tibialia non niſi eiuſdem nigri, vel honeſti coloris deferant, competenti tonſura adhibita. Nouerintq; Clerici, qui Eccleſiæ ſeruitio adſcripti ſunt, illis inuiolabiliter deſeruire, aliàs iuxtà

Sacr.

Sac. Trid. Conc. Decreta Clericorum priuilegijs, etiam vſque ad eorum priuationem reſpectiuè deueniemus; Comas non nutriant, vel cincinnos oblongos, ſub pœna ducat. decem, & in ſubſidium excommunicat.

Sacerdotes ſupra mentum, vel labia conciſos pilos habeant, ne in ſumptione Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſint impedimento.

Clericorum nullus cuiuſcumquè generis arma deferat, neque noctis tempore per Ciuitatem, & loca diſcurrat; qui verò arma prohibita portare deprehenſus fuerit, præter excommunicationis latæ ſententiæ, pęnam, quam præſenti decreto ferimus, pęnam etiam Triremium per quinquennium, ſi fuerint ignobiles, ſi verò nobiles, per idem tempus, ipſo facto carceris pęnam incurrant: ſi autem deprehenſi non fuerint, ſed legitimè conſtiterit, vel etiam domi prædicta arma prohibita detinuerint, præter ſententiam excommunicationis, vt ſuperius latam, & amiſſionis armorum, pęnam incurrant quinquaginta ducatorum, pijs vſibus applicañ.

Qui verò arma non prohibita, quæcumque illa ſint, aſportauerint, ducatorum vigintiquinque pęnam incurrant.

Non retineant domi ſuſpectas mulieres, ſed tantùm eas, quas ſacri Canones concedunt, neque ſeruas, niſi maturæ ætatis, & honeſtæ famæ. Aleis, Taxillis, alijſq. à Iure prohibitis ludis, non modò publicè, verùm etiã priuatim non ludant, neque in proprijs domibus ludis operam dare permittãt, ſub pęna rot. 1 o. cærę albę.

Non liceat Clericis quibuſcumque penes acta ſęcularium Curiarum vllam facere obligationem, cautionem, actuſq. alios; ſed in noſtra Curia, ſub pęna excommunicationis iſta perſoluant: Qui autem Clericatui renũciare voluerint, id coram Nobis, vel noſtro Generali Vicario exequantur, à quo Decretũ talis acceptationis obtineant, neque iiſdem liceat clericalem habitum reaſſumere ſine noſtra licentia; pariterquè conſimili Decreto è Curia emanante.

Eccleſijs inſeruientes, qui titulo Clerici Syluatici nuncupantur, per ſeipſos, & non per interpoſitam perſonam Eccleſijs pro quibus ſunt inſtituti, deſeruiant, habeantq. requiſita illa omnia, quæ Sac. Congregat. decreuit, prout ex eius litteris ſub Dat. Romæ 1623. x. Kal. Iul.

DE PRAEDICATIONE VERBI DEI, & Prædicatoribus.

CVrent Parochi, diebus feſtis, prout poterunt Sacrum Euangelium populis explicare. Vniuerſitates, Prædicatores à Nobis ad illas deſtinatos charitatiuè recipere, ſufficienter alere, & conſuetam Eleemoſynam illis elargiri teneantur.

DE HORIS CANONICIS.

MAtutinæ Horæ præcedente in aurora ſigno, quod erit triplex, ita vt inter illa quarta pars horæ

horæ intercedat, deuotè recitentur. Accedentibus ad Chorum tàm Canonicis, quàm cæteris, binis è Sacristia veteri; omnesq. teneantur decantare, & officium alta voce persoluere, tàm Dignitates, quàm Canonici cum cæteris. Si qui verò assistentes in Choro non psallerint, distributiones non recipiant, et si receperint, illas restituere teneantur; Mandantes Punctatoribus, vt non psallentes, siue in Choro non recitantes, punctent, & similiter in Choro confabulantes, ac si Choro non interessent. Sacerdotes, & Clerici Mansionarij Breuiarium, vel Diurnum in manibus habeant ad finem legendi, & sacrum officium recitandi, sub eadem priuationis distributionum pęna.

Nullus in nostra Cathedrali ad suscipiendas distributiones, vti Mansionarij, admittatur, nisi per Nos, qui per Nos eligendi examini prius subiacebunt, an sint in cantu mediocriter instructi, vt suo perfungantur officio.

DE CANONICIS.

TEneantur Dignitates, Canonici, Presbyteri, omnisq. Clerus Epscopo celebrante, vel Pontificalia exercente in sua Ciuitate, eiusq. Suburbijs asistere, sub pęnis arbitrio.

Ad tollendam perniciosam consuetudinem, qua Ecclesiæ vtilitas, cultus, & Cathedralis satisfactio tollebatur, præsenti Decreto decernimus, & mandamus, prout à bon. mem. Prædecessore nostro in suis visita-

tionibus, & Constitutionibus Synod. sancitum est, ne Canonici Parrochialem Ecclesiam adipisci possint, neque Canonicatum, & alteram Dignitatem obtinere, vel duos Canonicatus impetrare valeant; quòd si contigerit aliquos impetrare, cupientes duos Canonicatus, vel Canonicatum, & Dignitatem expressam de præsenti Decreto illud prohibente mentionem facere teneantur, aliàs de subreptione notabuntur.

De Decano, cæterisquè dignitatibus, prout in præcedenti Synodo sancitum est; Verum officium Archipresbyteri, qui quintum in Dignitatibus locum obtinet, est animarum in Suburbijs degentium, ac exterorum, idest peregrinorum, & domicilium non habentium, curam habere.

DE OFFICIO CVRATORVM.

CVrati duo pręcipuè attendere debent, Sacramenta rite conficere, & diligenter ministrare, populumq. sibi commissum de necessarijs ad salutem instruere; ideo Dominicis diebus, & festis non modò de mane, verùm etiam Vesperi Rudimenta Fidei, Christianamq. Doctrinam pueris, & adultis indigentibus per vnius horæ spatium ad minus, sub pęna trium librarum cæræ albæ pro qualibet vice, edocere, mortuosq. pauperes in graui necessitate existentes, gratis sepelire teneantur.

Non posse Curatos in sui Coadiutorem quempiam nobis inconsultis, nisi in casu necessitatis vrgentis

adhi-

adhibere, & hoc nō vltra quindecim dierum ſpatium, ſub pęnis noſtro arbitrio reſeruatis decernimus.

Transmittant ſingulis binis menſibus ad nos notam concubinariorum, ſi qui fuerint, & eorum pariter, qui in die Sancto Paſchatis ſacram Communionem non ſumpſerint, vt eis opportunè prouideatur, ſub pœna excommunicationis.

Aliquando contingit aliquos ab inteſtato è vita decedere, & fortè ſubitanea, & improuiſa morte præoccupari, ne ſimiles nimia Curatorum ſeueritate aliquod damnum patiantur; volumus, & præſenti ſtatuto mandamus, ne in poſterum in teſtamentis ab ijs conficiendis, in locis, vbi eſt conſuetudo, excedant taxam ducatorum trium pro infimo ſtatu perſonarum, ducat. ſex pro mediocri, pro ditioribus verò duodecim.

In die Purificationis candelæ non domi, ſed in Eccleſia, iuxtà Decretum Sac. Congregationis ab eis diſtribuantur.

DE OFFICIO PVNCTATORVM.

TEneantur Punctatores infra tres dies coram Nobis, vel noſtro Generali Vicario iuramentum de ſuo officio fideliter miniſtrando præſtare.

De Officio Sacriſtæ, & creatione Officialium Sede vacante habeatur relatio ad præcedentem Synodum.

PARS TERTIA.

DE CVRIAE OFFICIALIBVS.

CVriæ noſtræ Officiales, quales ſunt Vicarius Generalis, Actuarius, & Fiſcus, præter alios minoris miniſterij Officiales, taxam à noſtro Prædeceſſore ordinatam, ac à nobis in aliquibus reformatam obſeruare omninò mandamus, vnà cum ordinationibus eidem Actuario factis, quem volumus in principio ſui officij de bene, & fideliter adminiſtrando iuramentum præſtare.

Abolemus Decretũ à noſtro Prædeceſſore factum, videlicet, quod Vicarius non poſſit ante prandium ſententias proferre, aliosq. iudiciarios peragere actus. Mandamus, vt poſthac quacumque hora ſolitæ audientiæ illa exercere valeat.

DE VICARIIS FORANEIS.

IVrent in principio officij exequuturos munus ſuũ, quacumque humana affectione poſthabita. In exceſſibus verò grauibus maiorem adhibeant diligentiã, reosq. carceribus mancipent, vel ſe reddãt ſecuros ſufficienti cautione de perſona illorum, prout delicti qualitas exegerit. In cauſis ciuilibus vſque ad ſummam ducatorum duodecim tantum procedant, non autem contra eos, qui liquido inſtrumento, aut penes acta reperiuntur obligati.

Pro debito ducatorum trium, appellatione non obstante, exequantur eorum Decreta, reseruato tamen recursu ad nostrum Vicarium Generalem, quoad deuolutiuum. In reliquis obseruent mandata à Nobis in scriptis tradita, sub pęnis in eis appositis.

Omnibus Vicarijs Foraneis mandamus, vt infra mensem ad Nos eorum Commissiones transmittant, vt opportunè circa eos prouideamus, præcepta, & omnia à nobis statuta, vnà cum instructionibus ab eis obseruandis, iniungamus.

Omninò prohibemus, ne in posterum piscationis decimas, quæ Ecclesiæ debentur, vel pęnas, quas contra Festa violantes exequuntur, in proprios, aut quoscumque vsus, Vicarij, vel Curati conuertant. Mandantes, quod illæ penes personam à Nobis deputandam recipiantur ad nostrum nutum in pios vsus applicandæ.

DE CLERICIS CONIVGATIS.

CIrca Clericos coniugatos obseruetur Constitutio Bonifacij VIII. & Sac. Trid. Concilij sess. 23. de Reformat. cap. 6. etsi legitimæ Consuetudines sint, vlterius seruentur.

DE CLERICIS SYLVATICIS, *seù Cur. seru. vel Ecclesiæ adscriptis.*

ANtiquissima, & immemorabili consuetudine hæc nostra Tropieensis Ecclesia, & Diœcesis, ac

penè

penè tota hæc Prouincia pro Ecclesiarum, ac Curiæ Ecclesiasticæ seruitio, nonnullas habet personas, quæ licet sine Clericali ordine sint; Diaconi tamen Syluatici, siue Syluestres nuncupantur, qui ab Episcopo, & eo absente ab eius Generali Vicario assumuntur, ad libitum amouentur, & in eorum locũ alij subrogantur.

Eorum munus est, Ecclesiæ, ac Episcopal. Curię seruitijs assistere, Vicarijsq. Foraneis obedire, aliaq. spectantia ad Ecclesiam, cui adscribuntut diligenter facere, & ad Curiam Episcopalem exequi.

Circa eos seruetur Decretũ à Sanctiss. D. Greg. XV. latũ, & præcitatum, & legitima cõsuetudo huius Eccl.

Non tamen eis liceat tonsuram Clericalem habere, vestem autem vsque ad genua, vt à cæteris distinguantur gestare teneantur, qui verò prædicta obseruare noluerint, à Nobis se nouerint illicò priuandos, & sæculari Curiæ affectos declarandos.

DE EXAMINAT. SYNOD.

PRæter id, ad quod tenentur præscripto Sac. Conc. Trid. sess. 24. de Reformat. cap. 18. sub præcepto eisdem iniungitur, & sub excommunic. pena, vt quę in Congregat. tractantur secretò teneant, præsertim spectantia ad reprobationem, neque audeant approbatos significare priusquam à nobis fuerit enunciatum.



Con-

Constituuntur autem vsque ad seq. Synod. infrascripti v3.

Adm. Reuerend. Abbas Franciscus Nomicisius V. I. D. Decanus.

Adm. Reuer. Abbas Felix Tallaretus S. T. & V. I. D. Archidiaconus, & Canonicus Theologalis.

Adm. Reu. Abbas Thomas Caputus V.I.D. Thesaurarius, & Canonicus Præbend.

Adm. Reu. Abb. Iulius Gloritius V.I.D. Archipresbyt.

Adm. Reu. Abb. Ioannes Sergius Niglia DD. Pęnitent.

Adm. Reu. Abb. Leonardus Scattaretica V.I.D. Canonicus Præbend.

Adm. Reu. Pater Alphonsus de Martino S. T. M. Ordinis Prædicatorum noster Theologus.

Adm. Reu. Pater Ioannes Cocchinus Rector Collegij Societatis I E S V huius Ciuitatis.

Reuerendus D. Ioannes Iacobus Guercius V. I. D. Paroch. S. Petri.

Reu. D. Flauius Falascina D.P. Archipresbyt. Ayelli.

Reu. D. Ioannes Iacobus Gallo V.I.D. Terræ Ayelli.

Reu. D. Fabritius de Nucci DD. Parochus Ayelli.

Reu. D. Laurentius Siculus V. I. D. Parochus Ayelli.

Reu. D. Curtius de Micheli D.P. Terræ Longobardi.

Reu. D. Basilius Beuiacqua S. T. D. Terræ Belmontis.

DE IVDICIBVS SYNODAL.

INhærentes Sac. Trid. Conc. vestigijs sess. 25. de Reformat. cap. 10. sequentes personas pro Iudicibus Synodalibus eligimus, v3.

In Ciuitate.

Admodum Reuerend. Abb. Franciſcus Nomiciſius V.I. D. Decanus.
Adm. Reu. Abb. Iulius Gloritius V.I.D. Archipresbyt.

In Diœceſi.

Reu. D. Ioannes Iacobus Gallo V. I. D. Ayelli.
Reu. D. Fabritius Ciuitella DD. Vicarius Ayelli.

DE TESTIBVS SYNODAL.

CVM obſeruantiam noſtrorum Decretorum, aliosq. circa cultum Diuinum effectus per loca noſtræ Diœceſis proprijs oculis luſtrare nequeamus, certos viros eligere duximus, qui teſtium Synodalium officio fungantur, & ſunt hi infraſcripti, v3.

In Ciuitate Tropieñ.

Reu. Abb. Hortenſius Scattaretica Canonic. Præbend.
Reu. Abb. Fabritius Sannius Canonicus Præbend.

Amanthea, & S. Petri

Reu. D. Marcellus Quintianus Vicarius Foraneus.
Reu. D. Ioannes Thomas Iacuzzus.

Ayelli, & Caſalium.

Reu. D. Fabritius Buratius V. I. D.
Reu. D. Antonius Liccius Parochus.

Lon-

Longobardi.

Reu. D. Alphonſus Micheli.
Reu. D. Franciſcus Pellegrino.

Belmontis.

Reu. D. Ioannes Praſtaro.
Reu. D. Franciſcus Maranus.

Flum. Frig.

Reu. D. Aurelius Bruſco Archipresbyter.
Reu. D. Franciſcus Antonius Bruno Parochus.

Petræ Malæ.

Reu. D. Scipio de Angeli Parochus.
Reu. D. Ioſeph Sgarrella Parochus.

Nuceriæ.

Reu. D. Cinthius Toſti Vicarius Foraneus.
Reu. D. Scipio Peſce Parochus.

Caſtilionis, & Falerni,

Reu. D. Aloyſius Peſce.
Reu. D. Franciſcus Baronus V. I. D.

DE SEMINARIO.

PRO regimine Seminarij, iam Dei gratia, iuxtà Sacr. Trid. Conc. à noſtro Prædeceſſore erecti, ad ſubleuationem pauperum Clericorũ noſtrę Ciuitatis,

& Diœcesis, ac educationem in Dei timore, sacrisq. literis Constitutiones, & Instructiones promulgatas obseruandas esse mandauimus, illasquè Rectori illius tradidimus, quas hic inserere superfluum erat.

Vt ergo temporum calamitatibus occurramus, atque Cleri nostri onera in partem subleuemus, taxam olim impositam super omnibus, & quibuscumque beneficijs, seù pensionibus nostræ Diœcesis ad rationem ducatorum trium pro quolibet centenario tantùm reducimus, & exigendam mandamus à Seminarij Procuratore, iuxtà reuelationem datam à Delegato pro decimis Papalibus, salua tamen diminuendi facultate pro temporis opportunitate.

DE MONIALIBVS.

VT deprauata in Monasterijs restituantur, hæc iuxtà præscriptum Sac. Congregationis inuiolabiliter obseruari præcipimus.

Abbatissa in Choro, alijsq. functionibus primum locum obtineat, & infra tres dies post huius Synodi publicationem, congregata cum alijs Sororibus; ad minus sex, eligant Vicariam, Magistram Nouitiarum, Infirmariam, Auscultatrices, ac Portinariam vbi non adsunt, quæ quoad fieri potest sint personæ graues, non consanguineæ ipsius. Abbatissæ, ac Nouitiarum, & hoc sub pœna suspensionis ab officio, munus verò ipsarum, ac tempus duraturum explicauimus in ordinationibus eisdem Monasterijs remissis.

Cla-

Claues Monasterij noctis tempore ad se deferri faciat,, pulsata salutatione Angelica, inuigiletq. sedulò ne ad portam affixæ relinquantur de die, ac ne quid in Choro indecorum, & oculos diuinæ Maiestatis offendens fiat.

In mensa reficiantur lectione spirituali, reddant gratias, & à prædictis locis non discedant, nisi facto signo ab Abbatissa, & de eius licentia.

Fenestella pro Commune, binis seris, & clauibus occludatur, quarum vna Abbatissa, aliam Confess. teneat. Sit Infirmaria loco à Nobis designãdo in Visitatione.

Pecunia, quæ dotis nomine datur, non in bonis stabilibus, sed in ære soluatur, ac ante professionem deponatur penes idoneam personam, vel Curiam Episcopalem, non verò affinem, vel consanguineum Monialium, vt post professionem implicetur bonis stabilibus.

Monachandæ fiat experimentum, an legere sciat, aliàs non admittatur.

Expresse prohibemus, ne collaria, panem, aliaquè huiusmodi faciant consanguineis, vel extraneis, sub pęnis nostro arbitrio; neque verò accedát posthac ad colloquutorium, nisi per Portinariam sono campanulæ vocatæ, & à Superiore venia concessa; ibi Auscultatrices intersint; contrafacientes pęnitentijs grauiter punientur.

Nullus absque nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia, & in Diœc. Foraneorum, vllo modo audeant cum eisdem conuersari, sub excommunicationis latæ

sen-

ſententiæ pęna, quam pręſenti Decreto promulgamus, nec in eiſdem Eccleſijs ſub eadem pęna celebrare.

Et demum ſeruentur, quæ à noſtro Prædeceſſore conſtituta ſunt in ſua Synodo, quę quoad ea confirmamus.

DE REBVS ECCLESIAE *non alienandis.*

SEruentur Summ. Pontif. Conſtitutiones, præſertim Extrauagans Pauli II. quæ incipit *Ambitiosè*, &c. & Sacr. Congreg. Decreta. Omneſq. perſonas cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, monemus, vt reſtituant Eccleſiæ Terras, cenſus, iura, inſtrumenta, & alia quæcumque ipſis debita, ſub pęnis contentis in grauiſsimo illo Sac. Trid. Conc. Decr. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 11. quod ab omnibus Curatis ſub pęna excommunicat. iubemus bis in Anno inter Miſſarum ſolemnia coram frequenti populo vulgari lingua declarari.

DE CONFRATERNITATIBVS.

NEmo deinceps, ſiue Clericus, ſiue Laicus in Eccleſijs, vel Monaſterijs noſtræ Diœc. nouam Confraternitatem, Congregationem, aut Sodalitatem abſque facultate à Nobis in ſcriptis obtenta inſtituat; ſub pęnis noſtro arbitrio, & in ſubſidium excommunicationis. Et iam erectæ ſingulis annis rationem reddant, prout hactenus obſeruatum eſt.

DE

DE PIIS TESTATORVM voluntatibus exequeñ.

QVando contigerit Parochos, vel Ecclesiasticas personas aliqua necessitate vrgenti coram duobus, vel pluribus testibus dispositionem aliquam ad pias causas conficere infirmorum, vel in extremis constitutorum, infra spatium vnius mensis nobis significare teneantur, ne piæ testantium voluntates defraudentur, sub pęna suspensionis à Diuinis.

DE SEPVLTVRIS.

SEpulturæ non tradantur cadauera mortuorum, nisi duodecim post horas ab eorundē transitu absque nostra licētia. Curentq. Parochi nullo pacto defunctorum corpora ad Ecclesiam deferri post Solis occasum.

1 Abolendas omninò mandamus Mulierum, Ethnicorum ad instar eiulationes, & clamores, neque iisdem liceat defunctorum corpora ad Ecclesiam associare vociferando, ne cæremoniæ, & orationes, quæ pro defunctis recitantur perturbentur, & à Parochis ab Ecclesia arceantur: si verò defunctos associare voluerint è domibus non extrahant.

Neque liceat mulierum multitudinem, vel vnam tantùm ad Nęnias, siue Cantiones, quæ vulgo Reputa nuncupantur, domi, vel in Ecclesia, etiam post sepultum cadauer conuocare, strepitus indecenter facere, aut cultus discerptiones, & id genus alia, sub pęna excommunicationis.

NE Confeſſarij aliquam ignorantiæ excuſationem præſeferāt circa deteſtabile vſuræ vitium. Pro eorum inſtructione animaduertat peccatum vſuræ committi cùm

1 Pecunia datur in ſocietatem, ea conditione, vt capitale integrum ſit, & periculo non ſubiaceat.

2 Si quæcumque generis animalia Cuſtodibus, aut Paſtoribus ad caput ſaluum, non exceptis periculis conceduntur.

3 Quando nomine ſocietatis aſsignatur certa lucri quantitas pro incerta.

4 Cùm ab emptoribus frumentorũ ratione anticipatæ ſolutionis, vel mutuatæ pecuniæ quæritur, vel ſumitur pretij diminutio, vel menſuræ.

5 Palliata venditio rei cuiuſcumque mutuabitur futura pecunia, & aſſeritur fuiſſe mutuatum frumentum expectato tempore, quo carius vendatur, niſi veræ adſint conditiones lucri ceſſantis, vel damni emergentis ad terminos iuris communis.

6 Pactum, quo emptor vini, olei, vel alterius rei cum venditore conuenit, vt tradita pecunia non teneatur emptor illa ſtatim accipere, vel alio tempore, ſed venditor ea retinere emptoris arbitrio cum venditoris periculo.

7 Cùm quis emit à non habente quod emitur, cum pacto, quod quandocumque fuerit requiſitus, tenea-

teneatur illud tradere, vel quanti valuerit tot temporis soluere.

8 Palliata etiam vsura dicitur cum frumentum, oleũ, sericum, & similia realiter non venduntur, vel extant, vel speratur; similiter, quæ venduntur expectata pecunia, & augetur temporis dilatione pretium, potest tamen pretio non stabilito, referri ad tempus, quo verè rem ipse erat venditurus, dummodo expensæ, quæ pro conseruatione rei venditæ faciendæ erant, deducãtur.

9 Census non excedant denarium numerum, iuxtà Apostolicas Constitutiones, ita tamen quod onera venditoribus restent, neque ad illa emptor teneatur.

10 Mutuum quacumquè obligatione, aut pacto, mutuato interuentu.

Caueant Notarij, ne consimiles contractus habeant, sub pęnis à Sac. Pontif. Constitutionibus declaratis.

DE QVAESTORIBVS.

PRæter Regulares Mendicantes nemini liceat quęstum facere absque nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia in scriptis obtenta, neque intus Ecclesiam, sed ad fores, ne diuina impediantur officia.

Ad eleemosynas verò, quæ de serico fieri solent pręter nostram licentiam, assensum habeant proprij Parochi, in Diœc. verò de licentia Vicariorum Foraneorum.

MAndamus illam exerceri magna circumspectione, causaq. diligenter cognita, ac in Tribunali nostro monitiones ad finem reuelandi cum excommunicatione, non fiant, nisi damnum excedat summam ducatorum sex, illæquè fiant in Missa Conuentuali, cum adest populi frequentia, neque denuncient in solemnioribus festis: si verò insurrexerint reuelationes, quibus damnificatus bona, seù iura deperdita habere poterit, ad sententiam Excommunicationis non procedat. Quia verò multi per cedulones declarati excommunicati, illam non verendo, publicè conuersantur, animas fidelium illaqueando, præcipimus Curatis, quod si per duos menses absolutionis beneficium non ostenderint, singulis diebus Dominicis infra Missarum solemnia, eos Populo denuncient, vt pro confusione resipiscant, & euitentur.

Qui verò per annũ insorduerint (quod Deus auertat) eos citabimus ad dicendum causam quare, non debeant declarari insordescentes in excommunicatione ad effectum procedendi contra eos, tanquam de hæresi suspectos, iuxtà Sacr. Conc. Trid. dispositionem sess. 25. de Reform. cap. 3.

DE DECRETORVM OBSERVAT.

COndecet ea, quæ in hac nostra Diœcesana Synodo salubriter instituta sunt omni, qua par est dili-

diligentia à cunctis obseruari ; ideò mandamus singulis Sacerdotibus sub pœna ducatorum sex, alijsquè nostro arbitrio infligendis, vt infra mensem vnum à die eius publicationis, apud se tenere, & executioni mandare teneantur,

Cæterum Excommunicationis pęnas latas in præcedentibus Constitutionibus Synodalibus, aliasquè Ecclesiasticas Censuras reuocamus, nostras tamen in præsenti latas, valituras, firmis tamen remanentibus ordinationibus, quæ huic nostræ Synodo non contradicunt, vel aduersantur, bonos mores spectantibus. Declarantes pœnas omnes taxatas, vel à Nobis taxandas, siue pecuniarias, siue ceræ, siue corporales, contrauenientes in foro conscientiæ minimè obligare.

Omnia denique in hac præsenti Synodo ordinata, & sancita, dispositioni, iudicio, & correctioni Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, eiusquè Capitis, & Patris Sanctiss. D. N. Vrbani, Diuina prouidentia Papæ VIII, omni, qua decet, reuerentia, & humilitate subijcimus ; interim tamen seruari præcipimus, & mandamus.

FESTA TRIBVNALIS CVRIAE EPISC. Tropeeñ.

IANVARIVS.

17 Antonius Abbas.
25 Conuersio S. Pauli.

FEBRVARIVS.

3 Blasius Episcopus, & Mar.

MARTIVS.

12 Gregorius Papa.
21 Benedictus Abbas.

APRILIS.

MAIVS.

8 Apparitio S. Michaelis Archangeli.

IVNIVS.

11 Barnabas Apostolus.
13 Antonius de Padua.

IVLIVS.

2 Visitatio B. Mariæ Virginis.
22 Maria Magdalena.

AVGVSTVS.

1 Petri ad Vincula.
5 Festum Niuis.
20 Bernardus Abbas.
28 Augustinus Episcopus.

SEPTEMBER.

14 Exaltatio Sanctæ Crucis.

30 Hieronymus Presbyter.

OCTOBER.

18 Lucas Euangelista.

NOVEMBER.

2 Commemoratio Defunctorum de mane.
21 Præsentatio B. Mariæ Virginis.
25 Catharina V. M.

DECEMBER.

6 Nicolaus Episcopus.
7 Ambrosius Episcopus.
13 Lucia V. M.

A Vigilia Natiuit. Dñi vsque ad Epiphaniam.

FESTA MOBILIA.

Dies Cinerum de mane.
A Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè.

DIE 23. mensis Aprilis 1636. hora 22. Illustrißimus, & Reuerendiss. D. Frater D. Ambrosius de Cordoua Episcopus Tropeeñ. absolutis omnibus ceremonijs consuetis, quæ pro complenda præsenti Synodo Diœcesana debuerant, ac in præcedentibus Sessionibus, perlectis Ordinationib. & Statutis

mandauit Reuerendo D. Hieronymo Gentili Tropeeñ Secretario præsentis Synodi, vt prosequendo Decretorum omnium in prædicta Synodo statutorum lecturam absolueret, quibus lectis alta, & intelligibili voce, vt prius, ac ab omnibus auditis, idem Illustriss. Episcopus sic Dignitates, Canonicos, Abbates, Rectores, & Curatos est alloquutus. RR. Fratres Constitutiones has, & Decreta approbatis, & recipitis, vt placet à vobis, & ab omnibus obseruari?

Responderunt omnes. Recipimus, & approbamus, & placet à nobis, & ab omnibus obseruari.

Iterum Illustriss. D. Episcopus addidit. Placetne vobis huic Synodo finem imponere, & etiam dispositioni, iudicio, & correctioni Sanctiss. D. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. eiusq. Sanctæ Apostolicæ Sedi submittere, vt tenemur?

Responderunt. Placet huic Synodo finem dare, & iudicio, dispositioni, & correctioni Sanctiss. D. Vrbani VIII. ac eius sanctæ Sedi Apostolicæ submittere, prout subijcimus, vt supra statutum est.

Tunc idem Illustrissimus mandauit omnibus Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus, Abbatibus, & Curatis, vt se subscriberent, vnà cùm D. Hieronymo Gentili Synodi Secretario, & inchoato per eundem *Te Deum laudamus*, eoquè dicto vsque in finem, & Orat. *Exaudi*, prout in Pontific. notatum est, factisq. gratiarum actionib⁹ & acclamationib⁹ processionaliter ab omnibus associatus redijt ad Episcop. Palatium.

D. Hieronymus Gentilis Synodi Secret.

Archid. Summæ, & Indiuiduæ Trinitati ſempiterna laus, & gloria.

Chor. Honor, Virtus, & Imperium in æternum.

Archid. Sanctiſſimo Domino Noſtro Vrbano diuina prouidentia Papæ VIII. Vniuerſalis Eccleſiæ Principi Chriſti Vicario, ab vniuerſo Terrarum Orbe obedientia, & Chriſtiani nominis propagatio.

Chor. Chriſti benignitas ſucceſſorem ſuum Pontificem noſtrum Vrbanum VIII. fęliciter conſeruet, & beatum faciat, & Chriſtianum populum adaugere dignetur.

Archid. Illuſtriſsimo Domino Fratri D. Ambroſio Epiſcopo noſtro Tropeeñ ſalutem, & Spiritus ſancti gratiam affluentem.

Chor. Miſericordia Chriſti Antiſtitem noſtrum conſeruet incolumem ad ſuarum ouium cuſtodiam diligentem.

Archid. Inuictiſſimo Regi noſtro Philippo Catholico Fidei, & Chriſtiani nominis, acerrimo defenſori perpetua fęlicitas.

Chor. Inuictiſsime Deus Catholico Regi noſtro Philippo tui obſeruantiſſimo de Fidei hoſtibus ſemper victoriam, fęlicesq. progreſſus tua pietate concede.

Archid. Clero, & Populo Tropeeñ, eiusq. Diœceſis pax, & gratia diuina.

Chor. Pijſsime Deus Ciuitatem Tropeeñ, eiusq. Diœceſim tua pace cuſtodi.

Ar-

Archid. Vniuersis nobis Christianæ fidei Alumnis, & diuinas leges obseruare cupientibus, meritis Christi Domini, Beatæ Mariæ Virginis, Beatæ Dominicæ Virg. M. huius Ciuitatis Patronæ, Sanctisquè omnibus Dei gratia, & misericordia.

Chor. Amen. Amen. Amen.

Frater Ambrosius Episcopus Tropeensis.
Abb. Franciscus Nomicisius Decan. V.I.D. approbo.
Felix Tallaretus Archidiac. S.T. & V.I.D. approbo.
Franciscus Godanus Cantor approbo.
Thomas Caputus V.I.D. Thesaurarius approbo.
Iulius Gloritius V.I.D. Archipresbyter approbo.
Ioannes Sergius Niglia Pœnitentiarius approbo DD.
Hortensius Scattaretica Canonicus approbo.
Fabritius Scianni Canonicus approbo.
Paulus Muscari Canonicus approbo.
Alexander Tropianus Canonicus approbo.
Franciscus Laurus Canonicus approbo.
Ambrosius Moreira Canonicus approbo.
Didacus Galzaranus Canonicus approbo.
Io. Baptista Punturerius Canonicus approbo
Franciscus Loscauo Canonicus approbo.
Leonardus Scattaretica V. I. D. Canonicus approbo.
Marcus Antonius Baronus Canonicus approbo.
Ioannes Baptista Baronus Canonicus approbo.
Io. Maria Scialla Canonicus approbo.
D. Alexander Mazzara Paroch. huius Ciuit. approbo.
D. Lucas Ioannes Tripodi Paroch. approbo.

D. Pe-

D. Petrus Antonius Pisanus Parochus approbo.
D. Angelus Corsarius Rector approbo.
Leonardus Montanarus Parochus approbo.
D. Hieronymus Fuduli Parochus approbo.
Ego D. Claudius Montinarus Parochus approbo.
Ego D. Sertorius de Amato Amanteæ Paroch.appr.
Ego Abbas Franciscus de Francia Parochus approbo.
Ego D. Io.Franciscus Picicius Amanteæ Paroch.appr.
Ego D. Leonardus Mayda Parochus approbo.
Ego D. Natalis Iannellis Parochus approbo.
Ego D. Fuluius Vallonus Parochus approbo.
Ego D. Io. Dominicus Cullari Substit. approbo.
Ego D. Io. Baptista de Constanzo Rector Casalis Zaccanopoli approbo.
Ego D. Fabritius Russus Substitutus approbo.
Ego D. Io. Thomas Gracchus Parochus Portionarius Terrę Nuceriæ approbo.
Ego D. Io. Simeon Aluius Rector Portionarius Terrę Nuceriæ approbo.
Ego D. Flauius Falascina Parochus approbo.
Ego D. Io. Iacobus Guercius Parochus approbo.
Ego D. Octauius de Paulis Amanteæ Par. appr. vt sup.
Ego D. Ferdinandus Carratellus Cappellan. approbo.
Ego D. Ioannes Bernardinus Russus Cappel.approbo.
Ego D. Franciscus Labozzetta Curatus approbo.
Ego D. Ioannes Restuccia Parochus approbo.
Ego D. Scipio Piscis Rector Portionarius approbo.
Ego D. Bernardinus Gatto Parochus approbo.
Ego D. Io. Laurentius Siculus Parochus approbo.

Ego

Ego D. Fabritius Nucci Parochus approbo.
Ego D. Mutius Moronus Parochus approbo.
Ego D. Franciſcus Antonius Bruſcus Curatus appr.
Ego D. Io. Antonius Barberi Parochus approbo.
Ego D. Gregorius de Auguſtino Parochus approbo.
Ego D. Federicus Rizzo Parochus approbo.
Ego D. Io. Baptiſta Martino Rector approbo vt ſup.
Ego D. Gregorius de Conſtantio Rector approbo.
Ego D. Curtius Michele Rector approbo.
Ego D. Ioannes Scardamaglia Rector approbo.
Ego D. Io. Baptiſta Toderus Rector approbo.
Ego D. Franciſcus Politellus Subſtitutus approbo.
Ego D. Io. Thomas Petracci Subſtitutus approbo.
Ego D. Io. Iacobus Spina Parochus approbo.
Ego D. Aloyſius Peſce Archipresbyter, & Vicarius Parochus approbo.
Ego D. Ioſeph Sgarrella Rector approbo.
Ego D. Scipio de Angelis Rector approbo.
Ego D. Horatius Marcellinus Parochus approbo.
Ego D. Angelus Lotorſo Parochus S. Dominicæ appr.
Ego D. Sebaſtianus Bagnato Paroch. Fictili approbo.
Ego D. Baſilius Beuacqua Rector Parochialis Belmontis approbo.
Ego D. Petrus Franciſcus Moraca Rector Parochialis Terræ Nuceriæ.

FINIS.



